

De

# EXCIDIO ORBIS SUBSTANTIALI ET TOTALI,

DIVINA ASSISTENTE GRATIA

Ex consensu & approbatione admodum  
 Reverendæ Fac. Theol. in Regia quæ  
 Aboæ est ad Auram Academiâ,

*Discutienda inter Regios Alumnos,*

PRÆSIDE

DAVIDE LUNDI  
 SS. Theol. Prof. Publ. & Ord.

*Respondente*

JOHANNE WÄNGL

*In Auditorio Maximo,*

In diem 3 Febr. An. 1700.

---

Exc. apud J. WALLIUM.

VIRIS CONSPICUA DIGNITATE

Speculatissimis,

DN. ISAACO  
LUND/

In Regiâ Cancellariâ,  
quæ Holmiæ est, Notario  
Fidelissimo,

DN. LAURENTIO  
BERGIO,

Officinæ ferrariæ In-  
spectori Attentissimo,  
AVUNCULIS piâ mente semper  
colendis,

MITIA FATA!

**V**illicus ut quondam, dum Regi mu-  
nera ferret,  
(Ne reliquos inter sic sine dote foret:) Prodiit, atque haustas puro de flumine  
guttas  
Dona minuta dedit pro gravitate rei.  
Sic certe prodit quoque nunc hæc no-  
stra Thalia,  
Fautores juncti sanguine rite mihi;  
Namque licet fuerant longo cumulata  
favore  
In tenues semper tot benefacta lares,  
Ecce tamen pendat quo ingentia munera  
vestra,  
Ut fas est, præstat nostra Thalia nihil.  
Hanc modo pagellam vobis transmittere  
tentat,  
Qamvis haud meritis sic queat esse  
satis;  
Attamen ut munus quod grato pectore  
Regi  
Sacrato pauper Villicus hicce tulit,  
Ipse licet parvum cepit tam fronte be-  
nignâ,  
Ut illi rursus munera magna daret.  
Sic

Sic placeant vobis fautores quæso beni-  
gni,

Fœtus, quos profert lenta Minerva  
mea.

Sic pariter lætis vos adspiciatis ocellis

Hæc, vestris meritis inferiora licet.

Sic tenui semper modulabor carmen  
avenâ,

In laudes vestras quodcecinisse decet.

Sic semper vobis prosperrima fata vo-  
vebo,

Et Pylios annos, Nestoreosque dies.

Ergo felices vivatis terque quaterque

In longum. Votis annuat alta Trias!

NOM. VEST.

Æstimator sincerus

JOH. Wång.

Juveni Erudito Honestissimoq;

DN. JOHANNI Wång/

Commiliti egregio,

Cum partem eruditij operis de se-  
culi fine eslet defensurus,

Ut seclum inclinat præsens , finemq  
minatur,

Sic ruit ad cineres ORBIS & ipse suos.  
Vasta trahent olim mundi tabulata  
ruinam:

Vah, homines hujus portio qvanta  
sumus ?

Portio, parva licet, tamen hæc, subdu-  
cta ruinæ ,

Mutatae fortis planta perennis erit.

O qui lætitiae dispertis fata futuræ,  
Hæc jubeas nobis propria fata fore.

amicitiae causa  
licet occupatissimus  
accueb.

TORST. RUDEEN.

Juveni  
Literis moribusqne ornatisimo  
DN. JOHANNI Mång/  
Amico & Fautori dilec-  
tissimo.

**U**tilius nibil hoc extremo est tempore,  
nec quicquam dulcius esse possit,  
Mentibus hic quicquam dulcius esse possit,  
Quam si sincero volvatur pectore & ore,  
Temporis hoc senium qualia secula behat,  
Quae cuncta induerant culum sibi canes-  
centem.


Gibbosique gerunt ecce senis speciem,  
Et quae Sol tandem proprietum rector equorū  
Desinet esse, videns cuncta nihil fieri.  
Hac igitur cum Tu reputes doctāqz, piāqz,  
Mente, clues dignus laudibus egregius.

gratul. occupati-  
simus

**ERIC. CAJANUS.**

## CAPUT PRIMUM.

§, I.



rdua Christianæ fidei capita, primis & ultimis sacri codicis capitibus sistuntur, quæ unum idemq; respi-  
ciunt objectum, quod mundum di-  
cimus. Hujus enim natales, in exor-  
dio divinæ illius paginæ continentur;  
hujus ex adverso itidem interitus,  
ad calcem sanctorum literarum de-  
signatur. Eadem ergo sacra pagina,  
seculi & initium & finem tradit, si-  
cut idem sol, & occidendo & rede-  
undo interitum ejus adūbrat. Nam,  
ut verbis divi Hieronymi res si-  
gnetur, *Sol ipse qui in lucem mortalibus*  
*datus est, interitum mundi ortu suo quo-*  
*que indicat & occasu. Est in utriusque*  
*scrutinio emolumentum maximum,*  
*salus multa, solatium eximum. U-*  
*trum pio & serio contemplatus fu-*

A

eris

eris studio articulum; magnum pro-  
generabit desiderium divinæ co-  
gnitionis, & conjunctionis teque ad  
Deum ducet via certissimâ, & cum  
eo conjunget svavissimè, ut in illo  
solo spem ponens firmissimam, ad  
cælestia & æterna anheles constan-  
ter. Sed, quod mireris, eandem et-  
jam uterque expertus est sortem, a-  
pud adversarios impios & malevo-  
los, tam extra quam intra Eccle-  
siæ gremium, quos aut tenebræ  
crassæ, aut ipsa pravitas, à veritatis  
transversum egerunt tramite, uti id  
Historicorum monumenta passim  
& ubertim loquuntur.

§. II.

**E**x hoc est genere placitum *pla-*  
*tonis*, quo mundi materiam ἀ-  
*væχον* esse docuit; *Democriti* etiam  
atque *Epicuri*, qui ex fortuito Ato-  
morum concurru, admirabile hoc  
systema coaluisse insulè, prodide-  
runt. Sed & *Aristoteles*, quandam  
mundi æternitatem statuisse, non-  
nul-

nullis videtur. His etiam accensenda  
temeritas Gnosticorum ac Audeanorum,  
qui rerū creatarū initia, vel Angelis  
vindicantes, vel quasdam illarum fin-  
gentes æternas; gloriam soli debitam  
Deo, ipsi adimere, & quantū in se erat,  
illam obfuscare annixi sunt, ad  
quem modum tecere suum illud Pau-  
li Rom. 1, quod cum cognovissent Deum,  
namen non sicut Deum glorificaverunt,  
aut gratias egerunt, sed stulti facti sunt  
in cogitationibus suis, & veritatem Dei  
detinuerunt in injustitia, ac mutaverunt  
gloriam incorruptibilis Dei, in similitu-  
dinem imaginis corruptibilis hominis,  
& volucrum, & quadrupedum, & ser-  
pentum. Conjugendi denique sunt  
cum ipsis Materia*ri*, & ejus tarinæ a-  
lli, quos omnes à Damasc. σόματα Αλε-  
γός rectè appellari, asserit Gerh.  
loco de Creatione, & iongo cata-  
logo recensitos deprehendes à ve-  
teribus Hæresiographis Patribus,  
quorum ductum lecuti sunt Histori-  
ci recentiores, in illis designandis.

<sup>4</sup> Confer sis inter alios spond. Annal.  
Saer. & Micraelii Synt. Hist. Eccles. libr. 1.  
qvæst. 4.

§. III.

Tanti autem operis ortus, ut ambiguis & mendacibus doctrinis, traditus est ab Auctoribus suis; ita sententiis dissidentibus ejusdem finis, futiliter & impiè est propositus à *Gentilibus & Hereticis*, qvi eundem planè negarunt, ac in æterna seculi duratione, nescio ob quas delicias, cum figmentis suis valde sibi placuerunt. In hoc numero sunt *Epicurei*, & *Physici*, quorum pleriq[ue] scribuntur formidasse, mundo initium & finem tribuere; nec non alii *Philosophi*, tum *Cerinthus*, *Origenes*, *Æternales*, *Albanenses* ac *Heretici Anonymi* &c. quos & nominavit, & simul distinctè Auctorum loca notavit, in quibus singuli describuntur, accuratissimus qvondam Doctor Dn. *Scherzerus*, Syst. Theol. p. 610. Pater hoc

hoc etiam quadam tenus ex dialogo  
*Zicharia Episcopi Mytilinensis*, qui cum  
Discipulo quodam *Ammonii Philosophi*  
differens ita illum alloquitur : *Nescis  
tu qui familiarissime diu cum eo ( Am-  
monio, es versatus, atque ipsius congressus  
principue usus, quid de cœlo quid de DEO  
sentiat ? ut evehat cœlum ad ean-  
dem cum DEO dignitatem. Factum  
quidem ipsum affirmat sed ratione  
tantum causæ, adeo ut illud æque  
DEUM sempiternum constituat,,  
neque hanc Universitatem unquam  
interituram putet, ut est apud Mar-  
garinum de la bigne Tom. 4. p. m. 159.  
Sacr. Biblioth. Sanct. Patr.*

#### §. IV.

**H**i errores ac seductores ante-  
qvam mittantur, consultum erit  
brevi opera atque examine, expen-  
dere & discutere occasiones causas-  
que suorum errorum, tum ratiun-  
culas, qvarum beneficio sua com-  
menta stare posse, sibi sunt imaginati,  
qvo

quò sic in antecessum quadantenus  
conster de iis dubiis, quæ nostro  
sunt affinia, expedianturque omnia  
quæ huc spectant, antequam quod  
præcipuum est adeatur. Atque in  
his ne ordo negligatur, primum  
protrahendi sunt remotissimi, ipsi  
puta *gentiles*, quos eo facilius in er-  
rorum devia abreptos, à veritate de-  
clinasse ambigere nemo potest, quod  
salutaris doctrinæ destituti subsidio,  
omnia ad cœcæ rationis dictamen  
dijudicaverint. Etenim cum ordi-  
natissimam hanc rerum faciem,  
splendorem tam magnificum, cur-  
sumq; constantissimū, continuâ tem-  
poris serie in certissimis terminis fer-  
ri, oculis suis usurpavere; simile est  
vero, illos tantam pulcritudinem, ma-  
gificentiam & constantiam, diffi-  
culter admodum, cum fine aliquo &  
interitu potuisse componere. Ac-  
cessit quod instabiles animos, si a-  
liquando in rem paulo exactius in-  
quirere contigisset, appositum illud

δελέασμα fallacissimum, terrenæ voluptatis studium, negotio facili inescaverit, ab instituto avocaverit, & quem errare cœperant errorem, plausibiliorē fecerit, donec tandem ille, communi vitio, diutius retentus ac consideratus, penitus apud eosdem sit confirmatus.

### § V.

Potuissent sanè fallaciæ istæ, notari ac removeri, si, qvod de DEO manifestum erat, non detinuisserent vesani in injustitia, sed incremento ulteriori augere, studiosè allaborarent, qvod ut fieret nihil obstatisset, modo οἰογνωσία naturalem non habuissent insuper, hoc fine concessam, ut esset manuductio quædam ad ulteriorem DEI agnitionem, in verbo propositam. Et Ecclesiæ patefactam: Ita namque illis innotuisset, elegantissimā hanc mollem, eādem ejusdem DEI, cuius infinitâ potentiatâ stat creata, etiam dissolvi posse; nec solum posse, sed & de-

debere aliquando, secundum voluntatis suæ beneplacitum & decretum, præterlapsis iis, qvæ definita sunt in arcano suo consilio, temporum spatiis. Qvin etiam tum deprehendissent falso numerum illud, & injectum oculis velamen, hoc est, carnalis ratiocinationis favorem, in quo summum sententiæ propugnatæ robur situm erat, obstaculum fuisse primarium, ob qvod rem ipsam non sunt assediti; tum etiam incentivum perniciosissimum, pugnandi contra æterni Creatoris in verbo factam revelationem. Verum qvia nouæ illas cœrōias sive veras de DEO notitias, datâ operâ extinxerunt, nec eas in vita & moribus sibi prælucere passi sunt; ex abuso rationis & principiorum naturalium promanarunt varii errores & false opinions gentilium, qvod de multis Ethnicorum Theologicis scriptis pronunciatum Calovii appositiè huc referri nemo temerè inficiabitur.

## §. VI.

**D**elicti gravioris rei sunt, ideoque asperiori etiam nota & reprehensione digni, qui quidem idem sensere *Æternales*, sed veritatem simul, quam ex ingressu in Ecclesiam jam cognoverunt, aut saltem cognoscere debuerunt scelestè rejecerunt, suisque figmentis, ex sacro codice, colorem ac firmitatem nefando aulū qvæsiverunt. Huic probandæ assertioni, ingens argumentum se invenisse opinati sunt in cap. 8. & commate 22 Genes. ubi Spiritus DEI testatur, cunctis diebus terræ, sementem & messem, frigus & æstum, æstatem & hiemem, diem & noctem non desitura, de, qvibus ita Textus : עַד כָּל־יְמֵי הָרָץ וּרְעָם וּקְצֹר וּחַם וּקְיַץ וּחֲרִיף יוֹם וּלְילָה לֹא יִשְׁכֹּת At opinio est incassum qvæsita, qvum plus qvam scriptum est qværat profratque. Impingit enim, si consulimus

σύγχρονον, in ἀναλογίᾳ scripturæ, qvæ  
 non fert ullas de Mundi perpetui-  
 tate positiones, sed loco non uno  
 eas negat ac improbat, qvando di-  
 fertis verbis machinæ hujus exci-  
 dium adumbrans, omnium terra-  
 rum ac cœli deflagrationem com-  
 memorat. Ipsam etiam ἀληθινίᾳ  
 migrat. Etenim patet ex iis qvæ  
 antecedunt, asseverationem hanc  
 DEI de non intermittendis terrenis  
 operibus, ac statis vicibus non im-  
 pediendis ; respicere calamitatem  
 nuperam mundo immisam per di-  
 luvium, adeoque ita exponendum  
 esse locum : DEUM imposterum  
 non puniturum terram, sicut modo  
 factum est. Postqvam enim Noë,  
 cœlesti Patri, in gratam liberatio-  
 nis memoriam, ex speciali procul  
 dubio mandato, super exstructo al-  
 tari sacrificium obtulisset eucharis-  
 ticum, atque ex eo swaveolentiam  
 DEUS lensisset, eoqve ipso viscera  
 misericordiæ erga genus humanum  
 de-

denudasset; prævio paterno ~~ad~~  
~~ad~~ in corde statuisse dicitur: Terram non amplius istis malis ac pœnis propter hominem, subjiciendam esse, qvas nuperrimè ex divina vindicta perpeti debuit.

### §. VII.

**A**pparet ex his, non omnem suppliciorum inhibitionem, qvod vel ex solo Sodomitarum & Gomorrhæorum exemplo evidens est, in præsenti loco negari, multo minus totalem mundi destructionem & finem ejus universalem, qvem tot clara oracula evidentissimè inculcant: verum id solum dici, mundum, qvamdiu durat, non ita ut proximè amplius deformandum ac desolandum. Sensus ergo est genuinus, qvem Gerhardus in Comentario ad hunc locum exhibuit, his verbis: *Ergo cessabunt aliquando dies terra & sequentur dies cœli, id est, huic seculo transitorio succedet aeternum.*

Lor-

Longè profectò facilius ex hoc lo-  
co evincitur, habiturum hunc mun-  
dum finem, qvam probatur illius  
æternitas, qvod vidit etiam Rivetus  
qui Exerc. 57. in Genes. cap. 8. sic in-  
fit: *Colligitur ex hoc non æternam fore ra-*  
*lium vicissitudinum durationem, quæ limi-*  
*tatur qvamdui terra erit כָל יְמֵי חָרֶץ*  
*omnibus diebus terre, ex quibus verbis*  
*bene colligunt Hebrei, certum tempus*  
*terra esse præscriptum, nec proinde istas*  
*vices in perpetuum esse duraturas, finien-*  
*te earum subiecto.* Addimus qvia ma-  
xime faciunt ad illustrationem hu-  
jus loci, qvæ à B. D. Calov. in Comm.  
ad Gen. expressa inveniuntur.  
Cunctis diebus terræ, id est, qvam-  
diu terræ dies erunt. Ideoq; eosdem  
non æternum duraturos, nec terram in per-  
petuum mansuram, qvia terræ dies finem  
habebunt, indicatur. Promittit autem  
DEUS, se conservaturum ordinem  
naturæ, qua vicissitudinem actionum  
hominum, ad sustentationem necessari-  
arum, fermentis & messis, qualitatum

aëris, frigoris & æstus, ac temporum  
denique, cum anni, æstatis, & hyemis,  
tum dierum qui cum noctibus vices suas  
habituri semper sint. In diluvio enim vi-  
detur hic ordo mutatus. Nam in prin-  
cipio diluvii perpetua quasi nox fuit, ut  
in gravioribus tempestatibus fieri solet.  
Adbac æstas, quæ tum post Majum  
ingredi debuit, mutata est in hyemem;  
nulla item sementis facta est per integrum  
annum. Quapropter de novo veluti sancte  
Deus ordinem naturæ ac vicissitudinē ei-  
dem convenientem, deinceps sine tali immu-  
tatione servandam. Simplex sententia est,  
ait Lutherus, futurum ut terra restitu-  
atur, ut iterum conseri agri possint, &  
vastitas illa desinat, quam diluvium fe-  
cerat, ut tempora currant consueta lege,  
& sementem messis, estatem hyems, calo-  
rem frigus debito ordine sequatur. Quæ  
camen ita accipienda, ut bisce ita nomi-  
natis Synecdochice ordinarius, ac na-  
turalis totius universi cursus designatus  
intelligatur. Numirum promittit DEUS,

fese

sese naturæ ordinem & cursum non immutaturum, & quicquid immutatum per diluvium, in integrum restituturum esse &c. At in re plana quid opus est multis? Properandum ad alia.

### §. VIII,

**A**uctoritate scripturæ, sed male intellectæ & male explicatae, æternales suam opinionem munire velle, modo patuit. Succedunt illis Empectæ, irrisores, qui omnia quæ de promissione adventus Domini sunt prodita, impiè in dubium revocant, & fannis ac ludibrio exponunt, rapti imposturis Satanæ & corruptæ carnis suggestionibus, nullâ divinarum literarum certitudine nixi. Hi sunt quos Elencho perstrinxit Divus Petrus 2. Ep. c. 3 atq[ue] erroris convicti, demonstrando vanitatem illationis eorum, partim ab exemplo mundi primi diluvio submersi, partim ex singulari naturæ durationis divinæ, quæ intermina-

bi-

bilis est & nullo tempore mensura-  
tur, nec longis spatiis distinguitur,  
qvæ vel oblivionem vel fluxam re-  
rum conditionem, apud nos inferre  
cernuntur. Vis collectionis hic  
redit, qvod infinitum sit discrimin  
inter moram hominum, & qvam ex  
modo cognoscendi nostro, apud  
DEUM concipimus rerum dilatio-  
nem. Ea enim qvæ trahuntur &  
longius differuntur inter homines,  
plerumque aut obliuione, aut incu-  
ria, vel alia infirmitate irrita relin-  
quntur. DEUS autem licet homi-  
nibus videatur promissa sua in lon-  
gum proferre, ea tamen nec frusta  
prædicit vel manifestat, nec negli-  
git, aut suis eventibus defraudari  
patitur, sed verissimo complemento  
terminat, qvando ipsi visum fuerit,  
qvod ipsum si vel citius aut serius  
contingere apparet, coram DEO  
tamen in præsenti fit, qvi omnia in  
perpetuo <sup>u</sup> intuetur, & apud quem  
omnis æternitas est hodie perpetu-  
um. Psal. 2. 7.

**E**xcipit jam; hos omnes ista clas-  
sis, in qua abeunt Auctores à  
superioribus, ita ut adversam iis  
ineant viam, atque affirment omni-  
no futurum tempus, quo præsens  
seculi habitus, hic ordo, & ipse hic  
mundus habiturus sit finem, adeo-  
que exspectandam hanc rerum vi-  
cissitudinem, ut planè non sit quæ  
nunc est & existit universi machi-  
na, quamvis id pernegarint alii. Hi  
verò quamquam in illa propositio-  
ne unanimes sint, quod verè sit a-  
liquando futura consummatio se-  
culi; in diversas tamen easque pluri-  
mas scinduntur opinionum partes,  
quando singuli proprius super hoc  
argumento mentem suam explica-  
bunt. Inter illos quidam, ignis vi-  
conflagraturum hoc universum, eo-  
que ipso in cineres etiam redigen-  
dum, tradiderunt; illa tamen rudera  
aut funeris sui vestigia, cineres nem-  
pe ipsos non abolendos planè, au-

tumant, ac si in merum nihil abi-  
rent, cum ex his, juxta illos, utpote  
prioribus principiis atque elemen-  
tis, novum cœlum & nova terra, in-  
terveniente virtute Omnipotentis,  
non sine miraculo sint producen-  
da. Atque hoc eo ferme modo fu-  
turum esse putant, quo unius Phœ-  
nicis interitus, alterius est origo,  
cum ex sua favilla velutifœcundo se-  
minio, resurgere memoratur, ut una  
sit quæ reparat seque ipsa reseminet ales.  
Quare ratione habent sibi ὁμοψήφες Stoicōs,  
qui quidem ἐκπόνων concesserunt,  
at talem, quæ priorem quidem  
machinam destruat; sed novæ simul,  
ex pulvere prioris oborituræ, existat  
causa, ceu Ciceroni lib. 2 de Nat.  
Deor. hoc dogma illorum explicatur.  
Atque ita essentialē mundi inte-  
ritum hi docent, non vero totalem,  
juxta qvem cum intimis suis ac mi-  
nitissimis partibus aboleatur peni-  
sus.

B

Alii

**A**lli deflagrationem Universi te-  
nentes ipsi, & aliis inculcantes,  
eam ita explicant, ut *mundi* quidem  
innovationem mutationemque ad-  
struant, eâque doctrinâ finem quen-  
dam doceant; illius tamen *essentiam*  
ac *substantiam* integrum perennem-  
que mansuram asseverant, qui pro-  
inde termini rationem collocant non  
in *σοίας destructione*, sed *μισθώσιων transformatione*, veterum rejectione  
qvalitatum & novarum adjectione.  
Nonnulli denique in hac *επιώσει*,  
tantum respectum illum tollendum  
ajunt, secundum quem usibus hu-  
manis inservit mundus, qvomodo,  
cum amplius ejus ministerio nōn  
est opus, eum dicunt perire, licet  
*essentia* sua maneat. Ut vero hic  
excipientur ab aliis, aliæ partes  
mundanæ compagis, nunc cœli stel-  
lati, interdum empyreum, corpus  
illud confictum, alias superior aë-  
ris regio, nonnunquam elementa,  
vel

vel omnia , vel aliqua , tum qvàm  
dubiè cæteroquin de quibusdam in  
hoc negotio diversi loqvantur , con-  
suli potest D. Schezerus loco in  
antecedentibus allegato , & , qvem  
hic nominat , *D. Gerh. loc. de Consumm.  
Seculi n. 48.* Numerum opinionum in  
Argumento de Seculi consummati-  
one ita init sagacissimus Joh. Adam  
O. ut primos constituat *Judeos* , qui  
æternitatem hic amplexi , vanum  
duxerunt mundo interitum assi-  
gnare . Apud illos tamen Aueto-  
res hunc notat dissensum , quod qui-  
dam existimaverint mundum tan-  
tum ad certum tempus duratu-  
rum ; sed qvos simul fumos vende-  
re prodit , qvod destructionem ,  
quam verbis prætendere viden-  
tur , reipsa inficiuntur . Post He-  
bræos , *Sinenes* perspicacia ingenii  
celebres nominat , qui qvidem in-  
teritum mundi admiserunt , qvod  
& *Stoicos* fecisse prius indicatum ,  
sed varia admiscendo , qvalecunq;

veritatis stricturas suffocarunt, & in  
 tenebrosum chaos recondiderunt.  
 Horum classi *Platonem* etiam cum  
*Aristotele*, adeoque *Platonicos* & *Ari-  
 stotelicos* sive *Peripateticos* adscribit.  
 Omnes hos cum suis cogitatis  
 redigit in τῶν ἔξω ordinem quibus  
 etiam objicit, I. mentis cœcitatem  
 II. opinionis instabilitatem, III. op-  
 positam veritatem. *Patrum* deinde  
 ac *prisorum ecclesiæ Doctorum*  
 chorūm ordinat, qvi ipsa canitie  
 venerandi etiam in diversa abie-  
 runt, aliis accidentalem aliis essen-  
 tialem mutationem propugnanti-  
 bus, unde in illorum scriptis depre-  
 henditur *consensus obtinendi difficultas*,  
 post *Doctorum adverlorum qualitas*,  
 atq; demum in verbis *discursus infir-  
 mitas*. Subjungit his omnibus, recen-  
 torūm & *Pontificiorum* & *Calviniano-  
 rum* vota, qvibus satis liqvide suam  
 de accidentalī mundi transmutatione  
 mentem proponunt, donec tandem  
 subsistat in solida propriæ sententiæ  
     pro-

probatione, quæ est de excidio mundi quoad substantiam. Quæ de his nervosè signavit laudatus Auctor, in Dissert. Iuis sacris, una cum crisi exquisita & prolixia, legenda occurserunt.

### §. XI.

Jam illorum assertio, qui essentiam, non totalem, propugnant universi destructionem, licet proximè ad veritatem accedere censeatur; ideo probanda non videtur, quia argumentis nititur non undiqueque firmis. Non enim, si homo, corpore destructo, & in sua initia resoluto, alterâ sui parte superstes manet, animâ nempe; ideo etiam aliquid post universale incendium mundi in illo superare deberet, quod novis orbibus cœli ac terræ, præbeat aliquando suam essentiam, sicuti ex eo, cum superstes post corporis dissolutionem anima, demum redditur corpori suo ac cum eo sociatur, no-

vus homo prodit. Etenim, non ut hominem, ita & mundum DEUS huic fini condidit, aut, ut ita se haberet, constituit, nec est quidquam quod hoc syadet.

### §. XII.

**E**t licet ineptè quidem non dicatur, vim DEI creatricem & conservatricem, esse quasi animam mundi & formam assistentem: tamen quod connectitur non est certum, scilicet illam ipsam vim, ideo ex cineribus post incendium consumpti mundi, creaturam novam h. e. novum Terræ ac cœli systema excitaturam, quod ipsū ut minimè negamus, cum quaestio est de potestate, ita inficiamur nunc intrepidè, quando quæritur de voluntate divina, de quā liquidò constare nobis existimo, ni fallor, ex illis dictis, quibus Articulus hic de novissimo nostro, tanquā classicis suis locis superstruitur. Unde præterea ajo: Quoniam silencium

tium est in sacris literis de ædificio mundi novo, exstruendo ex cineribus prioris, silentium etiam de eo erit inter homines. Quod ipsum unà pronunciandū est de variis illis, quæ occurrunt apud Auctores, sententiis de mundi renovatione, cum de ipso modo, int̄c̄mpetivâ solicitudine & dissensione disquirunt. Itaq; hujus paragraphi hæc esto clausula: Cum disuptatio est de aliquo divinæ potentia effectu, cuius ratio non nisi ex revelatione liquet, de eodem non aliunde quām ex solis suis fontibus, hoc est, Dei verbo, ferendum est judicium. Sibi enim in his relata ratio, si non insanit planè, saltim cœcutit.

### §. XIII.

**A**d illam partem descendentes, qvæ modo deprehensa est, interitum hujus Universi non in ejusdem destructione substantiæ, sed βεληώσις ἀνακαινώσει, hoc est innovatione & perfectiva alteratione quā conditio-

nem, statuere; istam tam numero  
Doctorum quam Auctoritate eorum-  
dem videmus stipatam. Hanc namque  
sententiam arripuere ferme omnes  
*Pontificii*; & suam etiam plerique fecere  
*Calviniani*, teste post *Gerhardu*, D. Dan-  
bavero qui in *Hodos. Christ.* p. m.  
1484 ut prior in LL. CC. loco de  
Consumm. sec. n. 48 prope finem sen-  
tentiam suam exprimit. Sed & eandē  
amplexi sunt *Patrum* non pauci, quā  
de re ita *Gerhardus* loc. alleg: *Non*  
*diffitemur multos ex piis veteribus in eam*  
*concedere opinionem, quod mundus non*  
*uā sōiau sit interitus, sed uā à noīo*  
*Tac duntaxat sit immutandus.* Hos eti-  
am secutus est noster *Megalander*, *Lu-*  
*therus*, & alii ex Nostratisbus. Ex qui-  
bus patet, & arduam esse hanc quæ-  
stionem, & ipsos qui in illa tradenda  
abierunt à recentioribus Orthodoxis  
*Theologis*, non esse accusandos in-  
podogias, cum non spectet ad salutis  
fundamentum, sed sit conclusio quæ-  
dam

dam theologica de qua probabiliter  
institui potest disquisitio. Unde ite-  
rum graviter monet D. Gerhardus  
loc. cit §. 38 Sententiam de substantiali  
mundi Dogmæ seu interitu non defendi-  
mus ut fidei articulum ad salutem scitu  
ac creditu simpliciter necessarium, sed eam  
emphaticis scripturæ dictis, quæ de fine  
mundi loquuntur, magis conformem esse  
dicimus. Neg<sup>o</sup>, contraria sententia Patro-  
nos hereticos accusamus.

#### §. XIV.

Rationes adversæ hic afferri soli-  
tæ, in prælenti mittuntur loco,  
tangendæ commodius & labefactan-  
dæ tum, quando sententiam, quam  
nunc facimus nostram, probare cona-  
bimur, adducturi certos scripturæ lo-  
cos ej<sup>o</sup> indolis, ut si planè non persua-  
deant apodicticis rationibus interitū  
mundi, qua suam substantiam & el-  
sentiam; saltem ostendant assertio-  
nem, quæ hoc ait, æquiorem & ve-  
riorem esse eā, quæ innovationem

& alterationem sovet ac pro ea prægnat. Atque ita illam operam jam omissentes, postmodum exsequemur, ex una fidelia duos dealbando parietes. Concipimus vero nunc bonam adeo spem de sententiæ nostræ probabili maximè veritate ex eo quod aliàs, si ipsa quam impugnare paramus, præferenda est, mundi tum non tam interitus exspectandus, quā μεταμόρφωσις, idque evidentius eslet, quam ut conveniret dubitare. Et quibus artibus ista explicatio, ut jam amplius nihil dicam, cum significantissima Salvatoris exclamatione Matth. 24, 35. Cœlum & terra peribunt, conciliari queat, ita ut vis nativa signandi nullo pacto torqueatur, enervetur aut imminuatur, videant ipsi, qui meram transmutationem defendere conantur.

### ¶. XV.

**F**quidem non est obscurum, quâ ratione gravissimi etiam nostratum Doctorum, mediâ quasi viâ incep-

cesserint, inter celebriores hasce du-  
 as sententias, mundi scilicet interi-  
 tum vel qua substantiae suæ deletio-  
 nem, vel etiam accidentium immu-  
 tationem, adeo ut relative difficultate,  
 sive Auctoritatum honore induci,  
 ἐποχὴ in hoc negotio, & honestam &  
 tutā judicaverint, sintq̄ amplexi ( in  
 quē finem & illa, Heerbrand⁹ Comp.  
 Theol, cap. de Conſ. seu Quæſt. ultima  
 signat: Certissimum autem est mundum  
 non esse perpetuum sed transitum. Num  
 autem tantum secundum accidentia & pro-  
 prietas inherentes, an vero etiam secun-  
 dum substantiam sit peritus, non est hu-  
 mani ingenii acie curioſe perſcrutandum,  
 sed constitutum hoc est in ſolius Dei, Patris  
 cœleſtis potestate & arbitrio. Cui adſti-  
 pulatur D. Mylius in Expl. Aug.  
 Confess, art. 17 his verbis: Discepta-  
 tionem illam utrum Φιδοπᾶ an ἀλογῶτες  
 transitus mundi definiendus sit, piὰ  
 ἐποχὴ rectissimè dirimit, quæ in ſenſu fu-  
 turae experientia, quam divinationum  
 σκέψi certiorem eſſe, quæſtionis illius fa-

tutionem statuit.) indeque incumbat cuiq; istam tantorum virorum pietatem & modestiam extollere ac venerari: istis tamen omnibus sive rationibus, sive exemplis, non potuit ab illa quam semel ingressus est via, animus revocari, nec cohiberi, quo minus illam substantialem ~~q̄d eā~~ pertendat, ut constituit, ex propositis certis oraculis elicere evidenter, & Domesticis suis viribus suffulcire. Expediri hoc potest eo majori cum confidentia, & veniae consequendae spe certiori, quando etiam ex ~~avtoſia~~, & maximorum in his sacris lumen illustrationibus judiciisq; constet, hanc sententiam alteri palmam præripere. Hinc est quod pronunciet liberè B. Gerhardus magis eam conformem esse emphaticis scripturæ locis, ut patuit ex verbis modo adductis. Hujus etiam intuitu rationis, eandem alteri præferendam docet Dn. D. Calovius, postquam multos enumeravit, qui ad-

ver-

versæ opinioni patrocinantur, Tom.  
 LL.CC. XI. Art.V.de consumm. Sec.  
 Qvæst, I. Præ cæteris confidentissi-  
 mè Meisn. Phil. Sobr. Part. I. sect.  
 3. c. 3. Q5 at quantum capio, simul  
 verissimè inquit: *Perverti ergo scri-  
 pturas & vim ac emphasin divinarum  
 phrasium corrumpi ab iis qui allegata  
 testimonia, de accidentati mundi perfe-  
 ctione ac innovatiine exponunt, certum  
 est.* Accedit ad hoc, quod cum sim-  
 plex & una sit veritas, qvæ etiam  
 nobis in sanctis nostris oraculis à  
 Spiritu DEI est proposita, ea vero  
 plana & aperta non sit, qvamdiu  
 utraque sententia, in hoc argumen-  
 to qvæ fautores invenit, æqua pro-  
 babilitate niti videtur: ipsa adeo,  
 qvæ hic cumprimis in profundo la-  
 titabat, diligenti curâ eruenda fuit,  
 per dubiorum illorum remotionem,  
 qvæ eam abscondere viſa sunt, idqz  
 juxta mandatum & consilium nobis  
 à cœlesti sapientia commendatum,  
 per illud salutiferum ēgervæne scruta-  
 tamini: §. XVI.

## §. XVI.

**F**actum vero est, dum id egimus  
 Ut deprehensa sit verborum ac  
 phrasium vis major, circumstantia-  
 rum ratio efficacior, illationis vir-  
 tus ex rerum descriptarum structu-  
 ra fluens validior, totiusq; apparatus  
 in textu, splendor illustrior, qvam  
 ut cum aliqua accidentium ~~περιστερ~~  
 convenient, vel ab illa exhaustan-  
 tur. Neqve leve momentum huic  
 assertioni adjicit, si quis Consum-  
 mationem seculi cum Creatione  
 contendit. Utrumque opus est di-  
 vinæ potentiae, utrumq; argumentum  
 illustre ejusdem potentiae; u-  
 trumq; æqvalis majestatis & glo-  
 riæ ex eadem potentia promican-  
 tis, indicium clarissimum. Immensa  
 est & infinita potentia qvæ tanto  
 artificio, ex nihilo, aspectabilis hu-  
 jus mundi monumentum produ-  
 xit. At tanta per omnia futura no-  
 bis non videtur, si sub finem rerum,

ma-

manente substantia, mundo, nova  
 tantum forma accidentium induca-  
 tur, qvippe cui simile qvidpiam, in  
 rebus naturæ transformandis, resol-  
 vendis & immutandis, Chymicorū  
 efficit industria. At amplissimum  
 hoc mundi theatrum, in illud nihil  
 ex quo creatum est, redigere, hoc  
 est, ut postremò etiam nihil sit effi-  
 cere; hoc demum verè est infinitū  
 ac tale, quod ratio ne cogitando  
 quidem assolvitur, nedum imitari  
 potest. Sit ergo DEUS noster ut  
 in principio rerum, ita & earun-  
 deri fine potentissimus, sit glorio-  
 ssimus. Elucescat ipsius potentia  
 r nos etiam in hoc articulo, qvan-  
 qvidem elucescere videtur in Scri-  
 pris. Hoc experiemur in præ-  
 sentia, unde & illa quæ instituto,  
 quantum equidem hac vice inten-  
 dimus, satisfacere existimamus, huic  
 adscribimus, de promptatum ex ipsis  
 fontib⁹, tum affinib⁹ versionib⁹ aliis,  
 cū via hic suppeditabunt lucē aliquam.

*Psalms*

המה יאכדו ואותה העمر וכלהם כבגדי  
יבלו כלבווש תחליפם ווחלפו: ואותה  
הוא ושנותיך לא יתמו.

## Paraphr. Chaldaica.

חנון ( ארעה ושמיא ) יהוכרז ואת  
תקום וכלהון הון לבישא ותבלין חך  
צטלי תחולפננו וווחלפון: ואת הוא די  
בריתנו ושנתך לא משתלם:

## Vers. 70 Interp.

Aυτοὶ ( χρειαντοὶ οὐκέ τί γά) ἀποληγόται,  
τὸ δὲ μεταμένεται. Καὶ πάντες ὡς ἴμάνιον πα-  
λαιωθήσονται οὐκέ ὡστὸν αἰγιλούλαιον ἐλίξε-  
σθήσεις οὐδὲ ἀλαγήσονται. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς  
οὐκέ τα ἔτη σὺ γένε εκλείψεται.

## Vulgata

Ipsi peribunt, tu autem permanes;  
omnes sicut vestimentum veterascent. Sicut  
sicut operiorum mutabis eos, et mutabun-  
tur: Tu autem ipse idem es, et anni tu  
non deficiens.

Hier.